

No. 884. 1415. 27. Mai.

*B. Rudolph eignet dem Capitel zur Verbesserung des Einkommens zweier Vicarien in Kaufbach erkaufte Geld- und Getreidezinsen.*

In nom. dom. amen. Nos Rudulffus dei et apostolicae sedis gratia episcopus Misnensis — volumus esse notum, quod strenuus Georgius Tubenheim pro se et dictis Friczkone et Volcz fratribus suis ac honesta matrona domina Elizabeth matre ipsorum in villa Tubenheim<sup>a)</sup>) habitantibus de consensu et bona voluntate ac matura deliberatione amicorum ipsorum praehabita quatuor sexagenas grossorum Fribergensium cum quinquaginta uno grossis, duos modios siliginis et duos modios avenae mensurae Dresdensis, decem et novem pullos et quadraginta quinque grossos precariae cum duodecim hellensibus vulgariter schriblon praedictae summae inclusis annui census siti in villa et pago Kouffbach<sup>b)</sup>) in districtu Dresdenensi, quem censum et precariam cum siligine et avena ac pullis solvunt et solvere consueverunt necnon successores eorum solvere tenebuntur et debebunt Petrus Riche in dicta villa Kouffbach de altero dimidio manso viginti duos grossos et sex hellenses Walpurgis, et viginti duos grossos Michaelis et sex hellenses Michaelis cum tribus pullis etiam Michaelis; item idem de precario solvit Walpurgis tertium dimidium grossum et Michaelis quinque grossos cum altero dimidio quartali siliginis et totidem avenae mensurae Dresdensis praedictae. Nicolaus Riche de altero dimidio manso viginti quatuor grossos Walpurgis et viginti quatuor grossos Michaelis cum duobus pullis; item idem de precario viginti tertium dimidium hellensem Walpurgis et quadraginta quinque hellenses Michaelis cum altero dimidio quartali siliginis et altero dimidio quartali avenae ibidem Michaelis. Hans Schucze de medio manso solvit septem grossos Walpurgis et septem grossos Michaelis cum duobus pullis; item de precario Walpurgis septem hellenses cum dimidio et quindecim hellenses Michaelis cum dimidio quartali siliginis et dimidio quartali avenae. Hannes Raczicz de altero dimidio manso decem et octo grossos Walpurgis et decem et octo grossos Michaelis cum uno pullo; item de precario viginti duos hellenses cum dimidio Walpurgis et quadraginta quinque hellenses Michaelis cum altero dimidio quartali siliginis et altero dimidio quartali avenae ibidem. Hempil Schonenberg de altero dimidio manso duodecim grossos Walpurgis et duodecim grossos Michaelis; item de precario viginti duos hellenses cum dimidio Walpurgis et quadraginta quinque hellenses Michaelis cum altero dimidio quartali siliginis et totidem avenae ibidem. Nickel Schreyer de uno manso decem et octo grossos Walpurgis et totidem Michaelis cum quatuor pullis; item de precario quindecim hellenses Walpurgis et triginta hellenses Michaelis cum uno quartali siliginis et uno quartali avenae ibidem. Pauul uff dem berge de medio manso sex grossos Walpurgis et sex grossos Michaelis; item de precario idem septem hellenses cum dimidio Walpurgis et quindecim hellenses Michaelis cum dimidio quartali siliginis et dimidio quartali avenae ibidem. Tota vero communitas ipsius villae de medio

a) Taubenheim, Eph. Meissen. b) Kaufbach, Par. Kesselsdorf.